

Calbolenses^a et Ceco^b de Ordelaſſis clam cum paucis Forlivium ſubeunt habitu operariorum ſarcuſas portantes in humeris. Mane facto arma capiunt, tumultus exoritur, ad arma undique concuritur^c. Orgoyoſi plateam occupant, viriliter agunt; cum demum ſigna Ordelaſſorum cum ſignis Calbolenſium^a viſa ſunt, populi multitudo, que in armis erat in platea, diffunditur. Orgoyoſi cum paucis manſerunt, tum demum plateam et urbem deſerunt, Ceſenam petunt. Victores Calbulenſes Guelfi et Ordelaſſi Gybelini civitatem obtinent. Eius urbis regimini conſtituitur Contesinus^d de Malateſtis, exul urbe Arimino, cuius^e ope reducti fuerant victores; revocantur amici victorum, omnes conveniunt, datur opera, ut Scarpetta cum fratribus, qui in carcere regis in arce Caſtri-Cari erant^f, relaxetur^g, ut primo conventum erat cum Degho prefecto regis. Erat apud Ferariam ipſe Deghus. Fulcerius^h de Calbulo dixit ſe daturum operam cum ipſo Degho, quod Scarpetta cum aliis relaxareturⁱ. Ea cauſa per Bononiam tendit Ferariam. Clam tractavit Bononie de expellendo Ghibelinos Furlivio. Hoc ſignificatum eſt Ordelaſſis. Fulcerius Ferarie cum Degho tractat de Ghibelinis Forlivio extrudendis. Inde Paduam pergit, ut ab eis equites acciperet ducendos Forlivium. Hoc quoque Ordelaſſis panditur. Ex hiis metus et ſuſpicio Forlivii oritur. Cum rediſſet Fulcerius Furlivium, utraque pars metuere cepit. Ceterum validiores erant Ordelaſſi^a ut plures numero et amatiores^k a civibus. Is etiam, qui regimini urbis preerat, eis^l favebat. Fulcerius maior ex ſuis ſe abſentavit^m ſperans infra triduum auxilia ſua inducere ad obtinendum eam urbem. Eius fratres vocati ſunt a rectore urbis ſicut de rebus agendis. Venerunt in palatium, tum orta contentione detentiⁿ ſunt; ad arma concuritur^c, Ordelaſſi cum ſuis eius urbis poteſtate ſunt potiti opera rectoris, qui [illos^o] vocaverat, et Sinibaldi, cuius uxor ſoror Calbulenſium erat; laxati^p ſunt incolumes Calbulenſes detenti, qui liberi abierunt. Hoc

a) So hier Hs. b) 'Calb. Eeco (?)' Hs. Die Uebers. hat ganz falſch: 'Et indugiando i Calbolesi, un Ceco di Ordelaſſi . . . intrò'.
 c) So Hs. d) 'Contecino' Uebers. e) 'Cuius' Hs. f) 'erant' fehlt Hs.; 'ch'erano in pregione' Uebers. g) 'relaſſetur' Hs. h) So unten, hier 'Calterius' Hs.; 'Folciero' Uebers. i) 'relaſſaretur' Hs.
 k) 'amatiores' Hs. l) 'eius' Hs. m) 'abſentavit' Hs. n) 'detempti' Hs. o) 'illos' (nämlich die Brüder des Fulcerius de Calbulo) habe ich ergänzt; 'che aviva mandato per quegli' Uebers. p) 'laſſati' Hs.; davor keine Interpunction.